Quelle: http://manuscripta.at/?ID=32270
Copyright: Lilienfeld, Zisterzienserstift



ad cognitionem huius iusticie conuertatur. Intellige itaque et tu heretice: hec pars nostra spiritu sancto adiuuante compleuit. Nichil in sancta trinitate dissonum. nichil esse dissimile fatearis. Quod consensit hereticus huic diffinitioni. et unito usque mane placite discesserunt. sed fidei fuerunt per quem hic primum diaconus protulerat cepit inimico insidiante repescere. Diluculo autem surgens beatissimum infundit oleo. ungento conspergit. sed tamen loca sancta circuit. et dominum deprecatur. Quod plurima. Circa horam tertiam in foro conueniunt. Concurrit populus ad spectaculum. accenditur ignis. eneus super ponitur. fuerat ualde. anulus inundam fuerentem proicitur. Inuitat primum diaconus hereticum. ut ipse eum a calore auferat. sed statim recusauit dicens. Qui hanc sanam protulisti. debes anulum auferre. Diaconus uero licet trepidus. tamen denudat beatissimum. Cumque eum uidisset ungentis hereticus pbr deliberatum. exclamauit dicens. Magicis artibus te eliciendum putasti. ut hec ungenta diffundens non ualebunt ista que agis. His ita litigantibus super uenit diaconus ab urbe Rauenna Iacinctus nomine. sciscitans que esset hec altercatio. Cumque ueritatem cognouisset. non moratus extracto a uestimentis beatissimo. in eneum dexteram mergit. Anulus enim qui eiectus fuerat. erat ualde lenis ac paruulus. non minus ferebatur abunda quam uento possit ferri uel palea. Quem diu multumque quesitum. infra unius hore spacium reperit. Accendebatur interea uehementer fouea ille subdolio. quo ualidius fuerunt. non facile assequi possit anulus amantis querentis. Extractumque tandem nichil diaconus sensit in carne sua. sed potius protestatur. immo quidem frigidum esse eneum. in summitate uero calorem temporis modici continens. Quod cernens hereticus ualde confusus. iniecit audax manum in eneum dicens. Prestabit mihi hec fides mea. iniecta manu protinus usque ad ipsa ossium intermedia omnis caro liquefacta defluxit. et sic altercatio finem fecit. De ecclesia Agatensi.

Ecclesia Agatensis se urbis. que sancti Andree apostoli reliquiis plaudit. plerumque gloriosis illustratur miraculis. per uasores rerum suarum sepius arguit. Denique Gomacharius comes agrum ecclesie ipsius peruadit. tunc Leo episcopus huius ecclesie ualde mestus. concurrit ad eum dicens. Relinque ofilii res pauperum. quas ordinationi uestre dominus commendauit. ne tibi sit noxium et alacrimis egentium. qui de fructibus eius alii confouerant enecteris. Ille uero quia erat hereticus. parui pendens de his que ab episcopo dicebantur. rem in sua dominatione retinuit. Interim procedente die arripitur a febre. Cumque non modo ardore corporeo. uerum et anime uexaretur incommodo. misit ad episcopum nuntios dicens. Dignetur pro me sacerdos orationem ad dominum fundere. et ego dimittam agrum eius. Quo orante. hec a ualitudine quam gratiam conualuit. factusque sanus ait suis. Quid putatis. quid isti nunc romani dicant. Auferre enim me ob hoc fuisse febre gratiam. quia tulerim agrum eorum. quod mihi uixit consuetudinem humani corporis accidit. Verumtamen non habebunt eum me uiuente. Et dicto citius. misit qui eum ~~citius~~ iterum auferret. Quod cum episcopus conpisset uenit ad eum dicens. Nunc penitet te prius fecisse bene. quid iterum hoc conaris euertere. Ne facias quaeso et ultioni diuine subiaceas. Quid ait ad episcopum. Sile sile decrepite. Nam infrenatum te loris. circuire urbem super asinum faciam. ut sis in ridiculo omnibus qui te aspexerint. At ille silens ad nota recurrit presidia. prosternitur in oratione. celebrat uigilias. ac noctem totam in lacrimis et psallendo ducit. Mane autem facto. accedit ad lichinos qui de camera ecclesie dependebant. extendensque uirgam quam tenebat in manu. effregit centos dicens. Non hic accedit lumen. donec ulciscatur deus de suis inimicis. et restituat res domus sue. Hec eo dicente. protinus hereticus ille in reduuiua febre corruit. Cumque in extremis ageret. misit ad episcopum dicens. Oret pro me sacerdos ad dominum ut uiuam. et restituam agrum. ac similem eius cum ceteris dominationibus. Verbis pontifex respondit. Iam orauit ad dominum. et exaudiuit me. Misit et alios ac tertios nuntios. sed sacerdos in uno responso persistens. non moriebatur ad hoc ut pro eo orationem daret ad dominum. Hec ille hereticus cernens. ut se in plausibus componi. atque ad eundem euehi. ac per se deprecatur episcopum dicens. quia dupla satisfactione restituo agrum quem iniquo peruasi. tantum ut oret pro me sanctitas tua. Illo quoque recusante. compulit eum ui. ut abiret ad ecclesiam. Quo descendente. ut ecclesiam cum ingressus. et hic spiritum exalauit. recepisque confestim ecclesia rem suam. Prefatio Wolfhardi in marcium mensem.

Quoniam cepti operis duorum mensium libellis domino fauente explicitis inuocato ihesu boni sacratissimo nomine: tertius tertii circuli excedium posuit. ut ipso sermonis